



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 Vtrum sit operatio sensitivæ partis, aut intellectivæ tantum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

Vtrum beatitudo sit operatio.

* 1. dist. 1. q. 1.
art. 1. Et 3. di.
34. q. 1. art. 5.
cor. Et 4. di.
49. q. 1. art. 2.
q. 1. & q. 4. art.
2. Et quod 1. s.
Et 1. q. 1. art. 1.
Et 9. Metaph.
1. c. 9. fi.
† Prosa 2. cir
ca prin.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, qd beati-
tudo non sit operatio. Dicit enim Apost. Ro.
6. Habetis fructum uestrum in sanctificationem, si-
nem verò uitam æternam: sed uita nō est operatio,
sed est ipsum esse uiuentium. ergo vltimus finis, qui
est beatitudo, non est operatio.

¶ 2 Præt. Boetius dicit in 3. de consol. † quod beati-
tudo est status omnium bonorū aggregatione perfec-
tus: sed status non nominat operationem. ergo
beatitudo non est operatio.

¶ 3 Præt. Beatitudo significat aliquid in bono exis-
tens cū sit vltima perfectio hominis: sed operatio
non significat vt aliquid existens in operante, sed ma-
gis vt ab ipso procedens. ergo beatitudo non est o-
peratio.

¶ 4 Præt. Beatitudo permanet in beato: operatio au-
tem non permanet, sed transit. ergo beatitudo non
est operatio.

¶ 5 Præt. Vnius hominis est vna beatitudo: ope-
rationes autem sunt multæ. ergo beatitudo non est o-
peratio.

¶ 6 Præt. Beatitudo inest beato absq; interruptione:
sed operatio humana frequenter interruptitur, pu-
ta somno, vel aliqua alia occupatione, vel quiete. er-
go beatitudo non est operatio.

* ap. 7. post
med. 10. 5.

SED CONTRA est, quod philosophus dicit in pri-
mo Ethic. * quod felicitas est operatio secundum vir-
tutem perfectam.

de doc.
cap.
& 21.
c. 7. in
om. 3.

RESPOND. Dicendum, qd secundum quod beati-
tudo hominis est aliquid creatum in ipso existens, ne-
cesse est dicere, qd beatitudo hominis sit operatio. Est
n. beatitudo vltima hominis perfectio. vnum quod-
que autem in tantum perfectum est, in quantum est
actu, nam potentia sine actu imperfecta est. oportet er-
go beatitudinem in vltimo actu hominis consistere.
Manifestum est autem, qd operatio est vltimus actus
operantis: vnde & actus secundus a philosopho no-
minatur in 2. de anima. * Nam habens formam, pot
esse in potentia operans: sicut sciens, est in potentia
considerans. Et inde est qd in alijs rebus, res unaqua-
que dicitur esse propter suam operationem, ut dicitur
in 2. de celo. † necesse est ergo beatitudinem ho-
minis operationem esse.

† in 2. ad illi-
do 1. & 6. 10.
m. 1.

† in 1. 70. 2.
D. 1. 70.

* 1. art. 5.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd uita dicitur du-
pliciter. Vno modo, ipsum esse uiuentis, & sic beati-
tudo non est vita. * Ostensum est n. qd esse vnius ho-
minis qualecunq; sit, non est hominis beatitudo: so-
lius enim Dei beatitudo est suum esse. Alio modo di-
citur vita, ipsa operatio uiuentis, sicut quam principiu
vite in actum reducit: & sic nominamus vitā acti-
uam, vel contemplatiuam, vel voluptuosam: & hoc
modo vita æterna dicitur vltimus finis. quod patet
per hoc quod dicitur Ioan. 17. Hæc est vita æterna,
ut cognoscant te Deum verum & vnum.

* loco in arg.
dico.

AD SECUNDVM dicendum, qd Boet. * diffini-
do beatitudinem, considerauit ipsam communem
beatitudinis rationem. Est n. cōis beatitudinis ratio, qd
sit bonum commune perfectum, & hoc significauit
cū dixit, Quod est status omnium bonorum aggrega-
tione perfectus, per quod nihil aliud significatur,
nisi, qd beatus est in statu boni perfecti. Sed Arist. * ex-
pressit ipsam essentiam beatitudinis, ostendens per
quid homo sit in huiusmodi statu: quia per operatio-
nem quandam. & ideo in 1. Ethic. * ipse etiam ostendit,
quod beatitudo est bonum perfectum.

* loco in arg.
dico.

* 2. 7. tom. 5.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut dicitur in 9.
Metaph. * duplex est actio, una quæ procedit ab ope-
rante in exteriorem materiam, sicut vrere & secare.
& talis operatio non potest esse beatitudo: nam talis
operatio nō est actio, & perfectio agentis, sed magis
patiētis, vt ibidem dicitur. * Alia est actio manens in
ipso agēte, vt sentire, intelligere, & velle: & huiusmo-
di actio est perfectio & actus agentis. & talis operatio
potest esse beatitudo.

* tex. 16. 80. g.

Eod. re. 16.

AD QUARTVM dicendum, qd cū beatitudo dicat
quandam vltimam perfectionem, sicut quod diuerse
res beatitudinis capaces, ad diuersos gradus perfe-
ctionis pertingere possunt, secundum hoc necesse est
quod diuersimode beatitudo dicatur. Nam in Deo
est beatitudo per essentiam, quia ipsum esse eius, est
operatio eius: quia non fruitor alio, sed seipso. In An-
gelis aut, beatitudo est vltima perfectio secundum ali-
quam operationem, qua cōiunguntur bono increa-
to: & hæc operatio est in eis vnica & sempiterna. In
hominibus autem secundum statum presentis nitæ,
est vltima perfectio secundum operationem, qua ho-
mo coniungitur Deo. Sed hæc operatio nec cōtinua
potest esse, & per consequens nec vnica est: quia ope-
ratio interscissione multiplicatur, & propter hoc in
statu presentis uitæ, perfecta beatitudo ab homine
haberi non pot. vnde Philosophus in 1. Ethic. * ponēs
beatitudinem hominis in hac vita, dicit eam imper-
fectam, post multa concludens. Beatos aut dicitur
ut homines: sed promittitur nobis a Deo beatitudo
perfecta, quando erimus sicut angeli in celo, sicut
dicitur Matth. 22. Quantum ergo ad illam beatitudi-
nem perfectam cessat obiectio: quia vna, & cōtinua, &
sempiterna operatione in illo beatitudinis statu mēs
hominis Deo coniungitur: sed in presenti uita quan-
tum deficiamus ab vnitare & cōtinuitate talis ope-
rationis, tantum deficiamus a beatitudinis perfectione.
Est tñ aliqua participatio beatitudinis: & quanto ope-
ratio potest esse magis cōtinua & vna, tanto plus ha-
bet rationem beatitudinis. & ideo in actiua uita, que
circa multa occupatur, est minus de rōne beatitudi-
nis, quā in uita contemplatiua, quæ versatur circa
vnum. i. circa ueritatis contemplationem. et si aliqui
homo actu nō operetur hmoi operationem: tñ quia
in promptu habet eā, semper potest operari. Et quia
etiam ipsam cessationem, puta somni, uel occupatio-
nis alicuius naturalis, ad operationem predictam ordi-
nat, quasi videtur operatio cōtinua esse. Et per hoc
patet solutio ad quintum, & ad sextum.

Cap. 10. in fi-
nc 10. 5.

ARTICVLVS III.

*Vtrum beatitudo sit operatio sensitiua partis, aut
intellectiua tantum.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, qd beati-
tudo consistat etiā in operatione sensus. Nulla n.
operatio inuenitur in homine nobilior operatione
sensitiua, nisi intellectiua. Sed operatio intellectiua
dependet in nobis ab operatione sensitiua, quia non
possumus intelligere sine phantasmate, vt dicitur in
3. de anima. * ergo beatitudo consistit etiam in ope-
ratione sensitiua.

* c. 6. 112. 35.
& 17. princ.
Et opa. 1. ca.
264. & 1. E-
thic. 1. c. 10.

* 11. 30. 10. 2.

¶ 2 Præt. Boc. dicit in 3. de consol. Quod beatitudo
est status omnium bonorū aggregatione perfectus:
sed quædam bona sunt sensitiua, que attingimus per
sensus operationem. ergo videtur qd operatio sensus
requiratur ad beatitudinem.

† Prosa 2. cir
ca prin.

¶ 3 Præt. Beatitudo est bonum perfectum, ut proba-
tur in 1. Ethic. * quod non esset, nisi homo perficeret
per

* ca. 7. tom. 1.

Suber questionis de
sua Avicennam quor
dam.

IN hac tertia quaestione videtur quod articulum nihil occurrit scribendum nisi quod in secundo articulo tria notanda specialiter sunt. Primum in corpore, quod cum dicitur. Vnum quodque est propter suam operationem, potest dupliciter intelligi. Primum sicut propter rem, quae est eius finis: & sic falsissimum est. Alio modo sicut propter complementum: & sic est verum, ita quod unumquodque habens operationem esse propter suam operationem, nihil aliud est quam esse propter seipsum in actu completo & perfecto.

arti. 7. huius
quast. 1. 2.
q. 2. art. 3.

¶ Secundum, in responsione ad secundum, scilicet quod cum dicitur, Beatitude est status omnium bonorum aggregatio perfectus, non est praedicatio essentialis, sed causalis: ita quod intelligatur beatitudo, ut causa est status talis ut effectus, quoniam ipsa beatitudinis essentia est, per quam est talis status: ut in littera dicitur.

* aliquantu
lo ante me
diam epist.
est epist. 16.
rom 2.
* in 3. part
sed no comple.

¶ Tertium, in responsione ad tertium, quod memoris ambiguitatis tam simpliciter, quam apud auctorem de iudicio actionis transeuntis: propter quod forte littera apponit ly magis, dicendo quod est magis perfectio patientis. Nam secundum veritatem actio immanens principaliter est propter perficiendum ipsum, actio vero transiens principaliter est propter perficiendum aliud. Verum autem sicut actio immanens redundat in alterum, ita quoque actio transiens perficiat agens: non est moralis negotij, sed alibi dicitur, si Deus dederit.

¶ In isto 4. articulo disputatio illa confusa occurrit de beatitudine. Vtrum essentialiter sit actus intellectus, vel voluntatis. Scotus e-

per ipsam secundum omnes partes suas: sed per operationes sensitivas quaedam partes animae perficiuntur. ergo operatio sensitiva requiritur ad beatitudinem.

SED CONTRA. In operatione sensitiva communicat nobis bruta animalia, non autem in beatitudine. ergo beatitudo non consistit in operatione sensitiva.

RESPON. Dicendum, quod ad beatitudinem potest aliquid pertinere tripliciter. Vno modo essentialiter: Alio modo antecedenter: Tertio modo consequenter. Essentialiter quidem non potest pertinere operatio sensus ad beatitudinem: nam beatitudo hominis consistit essentialiter in conjunctione ipsius ad bonum increatum, quod est ultimus finis, ut supra ostensum est *, cui homo coniungi non potest per sensus operationem. Similiter etiam, quia sicut ostensum est *, in corporalibus bonis beatitudo hominis non consistit, quae tamen sola per sensus operationem attingimus. Possunt autem operationes sensus pertinere ad beatitudinem antecedenter, & consequenter. Antecedenter quidem secundum beatitudinem imperfectam, qualis in presenti vita haberi potest: nam operatio intellectus praeparat operationem sensus. Consequenter autem in illa perfecta beatitudine, quae expectatur in caelo: quia post resurrectionem ex ipsa beatitudine animae, ut Augustinus dicit in epistola ad Dioscorum *, fiet quaedam resistentia in corpore, & in sensus corporeo, ut in suis operationibus perficiantur: ut infra magis patebit, cum de resurrectione ageretur. Non autem tunc operatio, quae mens humana Deo coniungitur, a sensu dependet.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod obiectio illa probat, quod operatio sensus requiritur antecedenter ad beatitudinem imperfectam, qualis in hac vita haberi potest.

AD SECUNDUM dicendum, quod beatitudo perfecta, qualem angelii habent, habet congregationem omnium bonorum per conjunctionem ad vniuersalem fontem totius boni, non quod indigeat singularibus particularibus bonis: sed in hac beatitudine imperfecta requiritur congregatio bonorum sufficientium ad perfectissimam operationem huius vitae.

AD TERTIUM dicendum, quod in perfecta beatitudine perficitur totus homo, sed inferiori parte per redundantiam a superiori: in bea-

tudine autem imperfecta presentis vitae conuersio, a perfectione inferioris partis procedit ad perfectionem superioris.

ARTICVLVS IIII.

*Utrum si beatitudo est intellectiue par-
tis, sit operatio intellectus, an
voluntatis.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod beatitudo consistat in actu voluntatis. Dicitur enim Augustinus de ciuitate Dei, quod beatitudo hominis in pace consistit. unde in P. sam. 147. Qui posuit voluntatem tuam pacem: sed pax ad voluntatem pertinet. ergo beatitudo hominis in voluntate consistit.

¶ 2. Præter. Beatitudo est summum bonum: sed bonum est obiectum voluntatis. ergo beatitudo in voluntatis operatione consistit.

¶ 3. Præter. Primo mouenti respondet ultimus finis: sicut ultimus finis totius exercitus est victoria, quae est finis ducis, quod omnes mouet: sed primum mouens ad operandum est voluntas, quia mouet alias vires, ut infra dicitur. Ergo beatitudo ad voluntatem pertinet.

¶ 4. Præter. Si beatitudo est aliqua operatio, oportet quod sit nobilissima operatio hominis: sed nobilior est Dei dilectio, quae est actus voluntatis, quam cognitio, quae est operatio intellectus, ut patet per Apostolum ad Corinthios 13. ergo videtur quod beatitudo consistat in actu voluntatis.

¶ 5. Præter. * Augustinus dicit in 13. de Trinitate. quod beatus est qui habet omnia quae vult, & nihil vult male. & post pauca subdit. Et appropinquat beato, qui bene vult quodcumque vult: bona enim beatorum faciunt, quorum bonorum iam habet aliquid, ipsam scilicet bonam voluntatem. ergo beatitudo in actu voluntatis consistit.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit Ioan. 17. Hæc est vita æterna, ut cognoscant te Deum verum unum: vita autem æterna est ultimus finis, ut dictum est. ergo beatitudo hominis in cognitione Dei consistit, quae est actus intellectus.

RESPON. Dicendum, quod ad beatitudinem, sicut supra dictum est *, duo requiruntur. Vnum, quod est esse beatitudinis: aliud quod est quasi per se accedens eius, scilicet delectatio ei adiuncta. Dico ergo, quod quantum ad id, quod est

nim in quarto distinctione 49. quæst. 4. rationem hic allatam credit se soluere ac infringere, & multipliciter probat intentum suum, scilicet quod consistat in actu voluntatis. Rationem igitur caput in duobus. Primo in illa propositione, Beatitude est consecutio finis: distinguendo enim ait, quod duplex est consecutio finis. Altera prima via generationis, altera prima via perfectionis: & quod beatitudo consistit essentialiter in consecutione prima secundum ordinem perfectionis. Talis autem non est visio finis, sed amor finis visus: visio enim est consecutio prima via originis. In hoc ergo secundum ipsum primo peccat hæc ratio: quia assumit, quod beatitudo consistit in consecutione prima via generationis. Secundo arguit illa defectus, quia scilicet non sufficienter scrutatur actus voluntatis circa finem. Ponit enim littera duos tantum, scilicet desiderium & quietationem: cum, si proprie de quiete loquimur, deur tertius: quoniam quies proprie delectatio est, & præter eam est amor. iuxta illud Augustini: Appetitus inhiantis fit amor fruentis: & in hoc quietatur amore, qui etiam quies in fine dici potest, consistere dicit beatitudinem: nec hoc ratio litteræ excludit, sed quietem delectationis tantum. Intentum autem suum, scilicet quod beatitudo formaliter sit actus voluntatis, id est, amor ultimi finis visus, probat tripliciter. Primum sic: Beatitudo formalis consistit in actu propinquiori ultimo finis extrinseco, quae est beatitudo obiecta. ergo consistit in actu voluntatis. Antecedens patet: quia quanto propinquius simpliciter ultimo finis, tanto magis habet rationem finis ulterioris. Consequenter uero probatur quia

Inf. 16. an
2. & artic. 1.
cot. Et 2. ro-
tra ca. 13. &
26. & 17. q.
2. Et mal. q.
16. ar. 2. ad 6.
Et ve. q. 1. ar.
5. ad 8. Et
quod 8. ar.
19. Et opul.
3. c. 107.
11. 19. c. 10.
& 12. tom. 5.

ca. 5. in fine
tom. 1.
7. col. 11. c. 6.
circa in mediis
tom. 5.

q. 2. artic. 6